

12 Aufruf an die Jugend

Teil 1

Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, [...]
concludam illud de optimatibus
eorumque principibus ac rei publicae defensoribus,
vosque, adulescentes, et qui nobiles estis,
5 ad maiorum vestrorum imitationem excitabo,
et qui ingenio ac virtute
nobilitatem potestis consequi,
ad eam rationem,
in qua multi homines novi
10 et honore et gloria floruerunt,
cohortabor.

Haec est una via, mihi credite,
et laudis et dignitatis et honoris:
a bonis viris sapientibus et bene natura constitutis
15 laudari et diligi;
novisse descriptionem civitatis a maioribus nostris
sapientissime constitutam;

qui cum regum potestatem non tulissent,
ita magistratus annuos creaverunt,
20 ut consilium senatus rei publicae
praeponerent sempiternum,
deligerentur autem in id consilium
ab universo populo
aditusque in illum summum ordinem
25 omnium civium industriae ac virtuti pateret.

Senatum rei publicae custodem, praesidem,
propugnatorem collocaverunt;
huius ordinis auctoritate uti
magistratus et quasi ministros gravissimii consilii
30 esse voluerunt;
senatum autem ipsum
proximorum ordinum splendorem confirmare,
plebis libertatem et commoda
tueri atque augere voluerunt.

extrēmum: Ende
concludere, clūsī, clūsūm: (ab-/be-)
schließen
illud: meine Ausführungen
et quī: soweit ihr ...
imitātiō, ōnis f.: Nachahmung
et quī: und euch, soweit ihr ...
ratiō, ōnis f.: hier: Verhalten, Lebens-
weg
novus: vgl. Aufgabe 2
florere + Abl.: hier: sich auszeichnen
durch
cohortārī: ermahnen, ermuntern

bene nātūrā cōstitūtus: von Natur
aus gut

discrīptiō, ōnis f.: Ordnung

quī = māiōrēs
ita ... ut: hier: mit der Maßgabe ...,
dass
annuus: jährlich
creare: (er)schaffen
cōsilium sempiternum: ständiges
Gremium
senātūs: Gen. explicativus
praepōnere, posuī, positum + Dat.:
an die Spitze stellen von
deligerentur: erg. Mitglieder als Sub-
jekt
industria: Fleiß, Tatkraft

praeses, idis m.: Beschützer
auctōritāte ūtī: sich nach dem Wil-
len richten
magistrātūs: Akk. Pl.
minister, trī m.: Diener
gravis, e: hier: bedeutend
voluerunt: erg. als Subjekt māiōrēs
proximī ordinēs: nächstfolgende
Stände
splendor, ōris m.: Glanz, Ansehen
augere: hier: fördern

- 1 Welche Gruppen spricht Cicero hier an und wodurch unterscheiden sie sich?
- 2 Informieren Sie sich über den Begriff des *homo novus* (Z. 9) und bereiten Sie ein Kurzreferat vor.
- 3 (a) Welcher »Lohn« wartet auf die *adulescentes* (Z. 4), wenn sie Ciceros Aufruf folgen? Zitieren Sie lateinisch. – (b) Was müssen sie tun, um diesen »Lohn« zu bekommen?
- 4 (a) Wie kam es nach Ciceros Ausführungen zur gegenwärtigen Staatsordnung Roms und was zeichnet sie aus? Nennen Sie Stichworte. – (b) Welche Rolle wird hier dem Senat zugewiesen?

Shell-Studie 2010

Dieser leichte Anstieg [des politischen Interesses bei Jugendlichen] ist zum einen auf die mittleren und gehobenen Schichten und zum anderen auf die Jüngeren zurückzuführen. Bei den 12- bis 14-Jährigen ist das Interesse von 11 Prozent in 2002 auf mittlerweile 21 Prozent gestiegen. Und auch bei den 15- bis 17-Jährigen gab es eine positive Trendwende: In 2002 waren in dieser Gruppe 20 Prozent politisch interessiert, heute sind es 33 Prozent. Kein Anstieg ist hingegen bei den Jugendlichen im Alter von 18 bis 25 Jahren zu verzeichnen.

Stabil bleibt die politische Selbsteinschätzung der Jugendlichen: Die Mehrheit ordnet sich etwas links von der Mitte ein. Auch beim Vertrauen in gesellschaftliche Institutionen hat sich wenig geändert: Hohe Bewertungen gab es für Polizei, Gerichte, Bundeswehr sowie Menschenrechts- und Umweltschutzgruppen, niedrige für die Bundesregierung, die Kirche, große Unternehmen und Parteien. Kaum verwunderlich, dass in Zeiten der Wirtschafts- und Finanzkrise das Vertrauen in Banken am meisten gelitten hat. Entsprechend zeigt sich bei den Jugendlichen heutzutage nicht nur Politikverdrossenheit, sondern auch ein ausgeprägter Missmut gegenüber Wirtschaft und Finanzen. Trotz der allgemeinen Politik- und Parteienverdrossenheit sind Jugendliche durchaus bereit, sich an politischen Aktivitäten zu beteiligen, insbesondere dann, wenn ihnen eine Sache persönlich wichtig ist. So würden 77 Prozent aller jungen Leute bei einer Unterschriftenaktion mitmachen. Immerhin 44 Prozent würden auch an einer Demonstration teilnehmen.

(http://www.shell.de/home/content/deu/aboutshell/our_commitment/shell_youth_study/2010/politics/)

Teil 2

Haec qui pro virili parte defendunt, optimates sunt,
cuiuscumque sunt ordinis;
qui autem praecipue suis cervicibus
tanta munera atque rem publicam sustinent,
5 hi semper habiti sunt optimatum principes,
auctores et conservatores civitatis.

Huic hominum generi fateor, ut ante dixi,
multos adversarios, inimicos, invidos esse,
multa proponi pericula, multas inferri iniurias,
10 magnos esse experiendos et subeundos labores;

sed mihi omnis oratio est cum virtute,
non cum desidia,
cum dignitate, non cum voluptate, cum iis,
qui se patriae, qui suis civibus,
15 qui laudi, qui gloriae,
non qui somno et conviviis et delectationi
natos (esse) arbitrantur.

Nam si qui voluptatibus ducuntur
et se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis
20 dediderunt,
missos faciant honores,
ne attingant rem publicam,
patiantur virorum fortium labore se otio suo perfrui.

Qui autem bonam famam bonorum,
25 quae sola vere gloria nominari potest, expetunt,
alii otium quaerere debent et voluptates, non sibi.
Sudandum est iis pro communibus commodis,
adeundae inimicitiae,
subeundae saepe pro re publica tempestates:
30 cum multis audacibus, improbis,
non numquam etiam potentibus dimicandum (esse).
Haec audivimus
de clarissimorum virorum consiliis et factis,
haec accepimus, haec legimus. [...]

prō virilī parte: nach Kräften

praecipuē *Adv.*: besonders
cervicibus sustinēre: auf den
Schultern tragen
auctor, ōris *m.*: *hier.* Anführer,
Leiter

adversārius: Gegner
invidus: neidisch; Neider
prōpōnī pericula: Gefahren aus-
gesetzt werden

ōrātiō est cum: die Rede handelt
von
dēsīdia: Trägheit
patriae ... dēlectātiōnī: *Dat. com-
modi*

convīvium: Gastmahl, Gelage
dēlectātiō, ōnis *f.*: Vergnügen

dūcī: *hier.* sich (ver)leiten lassen
illecebra: Verlockung
lēnōcinium: Reiz, Verführung
faciant: *Optativ*
missōs facere honōrēs: auf Ämter
verzichten
attingere rem pūblicam: sich mit
Politik befassen
patī + *aci*: *hier.* sich zufrieden
geben
labōre: *Abl. causae*
perfrūī + *Abl.*: (ganz) genießen

expetere, petīvī, petītum: erstre-
ben, begehren
quaerere: *hier.* verschaffen

sūdāre: schwitzen, sich abmühen
adīre: *hier.* hinnehmen

dīmīcāre: kämpfen

accipere: *hier.* erfahren

<p>35 Qua re imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Aemilios, innumerabiles alios, qui hanc rem publicam stabiliverunt;</p> <p>40 quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono. Amemus patriam, pareamus senatui, consulamur bonis; praesentes fructus neglegamus, 45 posteritatis gloriae serviamus; id esse optimum putemus, quod erit rectissimum; speremus, quae volumus, sed (id,) quod acciderit, feramus; cogitemus denique</p> <p>50 corpus virorum fortium magnorumque hominum esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam (esse).</p>	<p>nostrī Brūtī ... Aemiliōs: unsere großen Männer wie Brutus ... Aemilius (<i>berühmte Römer</i>)</p> <p>stabilīre: festigen</p> <p>coetū ac numerō repōnere: in den Kreis und die Zahl einreihen</p> <p>frūctus, ūs <i>m.</i>: <i>hier</i>: Belohnung posteritās, tātis <i>f.</i>: Nachwelt</p> <p>spērāre, quae: hoffen auf die Erfül- lung dessen, was</p> <p>mōtus, ūs <i>m. animī</i>: geistige Kraft sempiternam: <i>Prädikatsnomen</i> zu mōtūs und glōriam sempiternus: immer während, ewig</p>
---	--

- 1 Gliedern Sie den Text und geben Sie den Abschnitten deutsche Überschriften.
- 2 Wie werden die Optimaten in diesem Abschnitt beschrieben?
- 3 (a) Welche Männer sollen sich von der Politik fernhalten? Nennen Sie die lateinischen Schlüsselbegriffe. – (b) Recherchieren Sie, wie politisches Engagement in der Philosophie der Stoa bzw. Epikurs beurteilt wird. Bereiten Sie ein Kurzreferat vor.
- 4 Informieren Sie sich genauer über einige der oben genannten »berühmten Römer« (Z. 35ff.) und notieren Sie stichwortartig, wodurch sie sich auszeichneten.
- 5 (a) Welche Rolle spielt in dieser Passage die Nachwelt? – (b) Bewerten Sie Ciceros Auffassung.
- 6 Lesen Sie noch einmal Text 11 und definieren Sie mit eigenen Worten, was mit dem Begriff »Optimaten« gemeint ist.